

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1753**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](#)

## ANNÆ NUMMI.

I.

Antica duas palmæ arbores repræsentat, quæ etsi, percurrente per medium illarum flumine, longius distent, superne tamen ramos iungunt; unde in peripheria hemistichium adiicitur: AMOR. DISTANTIA. IVNGIT. in area vero hinc & inde numerus anni 1592.

In aversa duæ aquilæ erectæ, expansæ & coronatæ, *Imperialis* nimirum biceps a dextris, a sinistris vero *Polonica*, pedibus parmulam *Austriacam*, inferne positam, sustinent, addito in ambitu alio hemistichio: POST. ANIMOS. SOCIASSE. IVVABIT.

Argumentum & occasio huius nummi sunt nuptiæ ANNÆ cum SIGISMUNDO III. Poloniae Rege, anno in eo notato, celebratæ. Eundem post LUCKIUM denuo, sed longe accuratius edidit Cl. KOEHLERUS, loco statim laudando, ubi & nuptiarum solemnia, ab aliis fuse descripta, utiliter repetit. Unde discimus, eundem populo sparsum fuisse, cum sponsa die XVI. Maii magnifica pompa in urbem *Cracoviam* introducta fuit, sponsis solemnni precatione die XXI. eiusdem mensis coniunctis.

De eodem nummo mentionem quoque facit Illustr. KHEVENHILLERUS (a), eumque populo missum fuisse pariter testatur. Ex eo emendandi sunt duo errores typographici, qui ibidem irrepserunt. KOEHL. P. III. p. 145. LUCK. p. 331.

Tom. II. P. II.

(a) Annal. Ferd. tom. III. col. 980.

II.

CAROLI  
STYREN-  
SIS. PRO-  
LES,

SIG. *is mundus* III. ET ANNA. d. ei *G. ratia* POLONIA ET SVECIA REX. ET REG. ina. Protome amborum iugatae, sinistrorum versæ: Rex a dextris cataphractus, & circa pectus fascia ornatus, focali instructus & barbatus, capite, accisis crinibus, inoperto. ANNA a sinistris pulchre, pro genio seculi, compta, præter focale crispum, torquem aurei velleris in pectorre gestat.

Hoc numisma unilaterale ex tabulis HÆREI eductum, aversa est numismatis integri, quod a Cl. KOEHLERO productum (b), & oculis nostris penne elapsum, supplementis num. XXVI. inferuimus, quanquam non leve discrimen inter utrumque intercedere, considerantibus pateat. Litterarum enim figuræ in hoc posteriori multo crassiores, & grandiores sunt, scribiturque SVET. ubi in *Herae no SVE.* & sub brachio eius dextro legitur numerus anni 1596. media sigla R: quæ haud dubie monetarii seu cælatoris est.

In aversa tria scuta, *Suecum* scilicet, *Polonicum*, & inferne *Lithuanum*, pileo Ducali tectum, fistuntur. Duo priora corona Regia inter notam chronologicam 1596. obiecta sunt, & in medio eorum parvula *Austriaca*, subiecta eidem littera E conspicitur. Porro a dextris dea THETIS delphino, a sinistris CERES bovi insidet. Additur in ambitu lemma seu hemistichium: CRESCIT. GEMINATIS. GLORIA. CVRIS. Inferne

U

par-

(b) M.B.L. P. XII. p. 425.

CAROLI parvula cælatoris inter siglas e-  
STYREN-  
SIS PRO-  
LES. ius H R videnda.

Dantisci fabrefactum fuisse  
hoc numisma, laudatus KOEHLERUS coniicit, atque naviga-  
tionem commerciumque fru-  
mentarium, quod Gedanenses  
tanta industria exercent, spe-  
ctare. Circa scuta illa hoc sin-  
gulare observat, quod tesserae  
*Suecicæ* primum occupent locum;  
cum contra in epigraphe *Regis*  
*Poloniae* titulus præcedat. Ri-  
det præterea cælatoris imperiti-  
am, quod ANNÆ torquem au-  
rei velleris inaudito quidem ex-  
emplo affinxerit: sed id quo-  
cunque iure, de quo alibi vi-  
dendum erit, fiat, exemplis  
non carere nummi nostri evin-  
cunt (a). Denique nec id si-  
lentio prætermittendum, hunc  
citato loco ita depictum esse, ut  
postica quam antica re ipsa ma-  
ior sit, quod haud dubie Cl.  
Viri iconographo tribuendum.  
Nos vero, cum archetypo ca-  
rentes, errorem emendare ne-  
queamus, damus nummum pro-  
ut repertus fuit.

### MARIÆ CHRISTINÆ NUMMUS.

#### III.

SIGISMUNDVS. BATHAROI  
(*Bathori*). Protome Principis  
armata, capite inoperto, acci-  
sis capillis, ad lævam converso.

Edidit hoc numisma HE-  
RÆUS in suis tabulis, pro uxore  
illius MARIA CHRISTINA *Au-  
striaca* (ab aliis CHRISTIENA  
quoque nuncupata) locum re-  
linquens. Sed verisimile haud

(a) Vid. P. I. p. 60. num. LXXXII. & hic  
superius p. 10. n. XII.

est, SIGISMUNDUM hunc Tran-  
silvaniæ Principem, uxorem  
suam nummo aliquo, dum vi-  
veret, honorasse. Nam et si  
inito cum RUDOLPHO II. Imp.  
fœdere pactum adiecit, ut ei  
Archidux femina in matrimo-  
nium elocaretur, & eidem anno  
1595. prædicta MARIA CHRI-  
STINA Græcii die XXII. Februa-  
rii tradita sit: infelix tamen Ar-  
chidux ab inconstanti & feroci  
marito intacta, bis exul facta,  
tandem matri Græciū remissa,  
repudium accepit. (b) T. H. b

### CONSTANTIÆ NUMMUS.

#### IV.

SIGISMUNDVS. III. D. ei G. ra-  
tia POLONIÆ ET SVECIÆ REX.  
Protome Regis armata cum cri-  
spo focali, capite nudo, ad  
lævam respiciente. Ab hume-  
ris torques demittitur, quem  
aurei velleris esse putamus, SI-  
GISMUNDO anno 1601. a PHI-  
LIPPO III. Hisp. Regemissum. (c)

CONSTANTIA. D. ei G. ratia  
POLONIÆ ET SVECIÆ. REGINA.  
Effigies Reginæ stolatae pariter  
ad pectus, pulchre comtae,  
unionibus & margaritis, nec  
non crispato focali ornatae: ca-  
pite, divite calantica, unioni-  
bus instructa, obtecta, & ad  
dextram converso.

Effigiem Regis cum ANNA  
*Austriaca*, uxore sua prima,  
paullo supra vidimus. In hoc  
nummo comparet provectionis  
ætatis cum secunda uxore CON-  
STANTIA. Hæc ei anno 1605.  
nupsit, qua occasione nummum  
cum

(b) KHEVENHILLER Conterfet T. I. p. 325.  
(c) INSPRUGGER vellus aur. pag. 88.

Tab. XX. cum lemmate: REGNORUM SECURITAS populo inter ipsa nuptiarum solemnia sparsum fuisse, testatur Illustr. KHEVENHILLERUS (a), quem tamen nondum vidimus. T.H.

## MARIÆ MAGDALENÆ NUMMI.

### V.

COSMVS. II. MAGNUS DVX ETRVRIÆ. IIII. Protome Ducis armata cum paludamento, lato collari, & Ordinis S. STEPHANI insigni, ab humeris dependente, capite nudato, ad lævam verso.

MAR. ie MAGDALENÆ. ARCH. iducissa AVSTRÆ M. agna d. u. cissa ETR. urie. Protome Archiducissæ stolatæ, pulcherri me comtæ, & focali crispo denticulato, atque in ipso numismate plurimum extante, exornatæ, a sinistris dextrorsum.

Præsens numisma ab ipso Magno Duce uxoris suæ honoribus datum & consecratum fuisse, ex epigraphe utriusque partis rite deduci posse videtur; quippe ubi formula illa: COSMVS II. MARIÆ MAGDALENÆ in nominandi dandique casu concepta, haud quaquam otiosa esse potest. Hinc pacem & concordiam inter utrosque hos coniuges, Ducisque in primis de uxore sua estimationem amoremque colligas. Cusum est enim procedente iam eorundem matrimonio. Dux namque anno 1590. die XII. Maii natus, nuptiarum tempore, quæ anno 1608. die XIX. Octobris per-

TOM. II. P. II.

(a) KHEVENHILLER tom. VII. col. 36.

Etæ sunt, annum ætatis decimocaroli nonum agens, tali mystace nondum instructus esse possit. M. Imp. ar. pond. semunc. & sicilic. Item in T. H.

### VI.

Numisma hoc elegantissimum a num. præcedenti, five titulos species, five effigies, harumque situm adspicias, vix in alio quam magnitudine differt. Magnus - Dux focale orbiculatum crispum hic habet. Uxor caput ad elegantiam circumatum, mundo muliebri, uti & pectus, collumque monilibus exornatum. M. S. B. a. & Tab. H.

### VII.

MAR. ia MAGD alena AR. chiducissa TVTRIX. FERD. inandi II. M. agni d. ucis ETRVR. ie. Capita iugata matris filiique, ad pectus. Hic armatus, capite nudo, & cruce, Ordinis S. STEPHANI Papæ & Martyris tessera, a collo pendente, instructus; illius tantum fere facies, velata tamen, cum lato collari & exurgente, conspicitur.

MARIA MAGDALENA, coniuge suo COSMO II. in florida ætate anno 1621. ad plures abeunte, filiorum suorum tutrix ex testamento constituta fuit, cuius rei hic nummus testis est. M. Imp. ar. pond. semunc.

### VIII.

MARIA. MAGD. alena ARCHID. u. cissa AVSTR. ie MAGN. a DVX. ETR. urie. Effigies Principis pectore tenus, capite viduarum more velato & dextrorsum converso.

U 2

In

CAROLI  
STYREN-  
SIS PRO-  
LES.

In postica templum rotundum, situm in vertice montis, per modum fornicis effigiati, & arboribus, a ventis agitatis, consiti: infra & in cryptæ aditu rami & folia sparsim iacent. Additur epigraphe: MENS IM-

MOTA.

Laudatur hic animi constanza, qua Princeps statum viduitatis ferebat: qui status cum ex velo, quo obtegitur, tum etiam ex frondibus marcescentibus decidentibusque, quod in altera nummi facie videre est, indicatur. Porro omissus *Tutricis* titulus, in praecedenti legendus, nummum hunc deposito iam eo officio


signatum fuisse arguit. *M. Imp.* Tab. XX.  
*a. cuf.* IX.

Adversa fere eadem est cum antecedenti.

In postica manucodiata cœlos petit, addito lemmate AE-

TERA.

Similem inscriptionem vidi-  
mus supra in nummo emortuali  
IOANNÆ Austriacæ (a), sed a  
ubi aquila *ad aethera* volitat.  
Ergo & hic quoque funebris  
est, & ad mortem MAGDALE-  
NÆ pertinet, quæ quidem an-  
no 1631. Patavii obvenit, dum  
in itinere ad invisendum FER-  
DINANDUM II. Imp. fratrem con-  
stituta erat. T. H.



## LEOPOLDUS V. ARCHIDUX.

### BREVIARIUM VITÆ EX NUMMIS.

LEOPOL-  
DUŠ V.  
ARCHI-  
DUX  
Tab. XXI.  
seq.



LEOPOLDUS inter Archiduces Austriæ hoc nomine v.  
die ix. Octobris an. 1586. genitus, a tenera æta-  
te statui Ecclesiastico dicatus fuit. Annos nam-  
que quatuor saltem natus, Episcopus *Pataviensis*,  
quinque & decem, *Argentinensis* designatus, utri-  
usque Ecclesiæ regimen postea tenuit (7. 8. & suppl. num. 29.)  
symbolumque, cum illud adiret, a PIETATE adscitum (1. 2.) ad  
extremum usque halitum, sive dum religionem orthodoxam, cum  
ferro tum consilio, conservavit propagavitque (13. 14.), sive dum  
Deo Optim. Max. ædes, ac Societati IESU Collegium fundavit  
(3.), opere complevit.

Anno 1619. Comitatum Tyrolensem unacum ceteris An-  
terioris Austriæ provinciis, communi *Archiducum* nomine, re-  
gendum cum suscepisset, (7--16.) post annos quatuor inito  
cum fratribus pacto, id etiam obtinuit, ut sibi duæ earundem  
provinciarum partes, iure auctoritatis obvenirent, (12.) tertiam  
Cæsaris nomine, vel ut *SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS ANTE-  
RIORUM PROVINCiarum GUBERNATOR PLENARIUS* administra-  
ret. (15.)

Inte-

(a) Tab. vi. num. xciii pag. 44.